



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXIV. Disciplina belli commendata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

*Dux electus
regi exerci-
tum tradat*

Primum Consilium videtur quidem tutum, & est reuera iustum, ut qui victoria potitus est, illi exercitum reddat, cuius auspiciis militauit. Quod hodie tot ducum centuriæ faciunt, & fecerunt; sed ut sese abijciant, & ne inuidiosi sint, fiant miseri non suadeo. Nam principi pusillanimitatem, inuidentiamque suâ illâ modestiâ eminentiâ exprobrant, grauiusque offendunt. Alterum Consilium non est modo improbum, & seditiosum, sed etiam temerarium; Illa enim excellens & magnifica malitia, vix vnquam finem bonum sortitur, cum enim exercitus bene erga principem affectus sit, cum viri nobiles, & militares sacramenti religionem non continuo mutant, non poterit omnes transfugas vno momento efficere. Commeatus vero, & pecuniæ unde suppetent? Itaque hodie raræ sunt illæ ducum defectiones; vix enim in Republica bene constituta esse possunt, si ea, quæ supra monui, seruentur.

§. 6. Nemo facile credat, quam conciliet animos præsentia imperatoris. Tacit. in Galba. *tre in castra pla-*
cuit, honorificum id militibus fore, quorum fauorem, ut largi-
tione, & ambitu male acquiri, ita per bonas artes haud sper-
nendum. Hoc modo maxime vnus est Imperator, nam cæteri ab summo Rege, & alijs dependent; consiliaque alijs probare coguntur.

Vnus autem imperator est. Tres tribuni consulari potestate, cum olim ad sua quisque Consilia tenderet, occasionem aperuerunt hosti.

Cum paucis vero vnus Imperator tractat, ideoque res secretiores tenentur, seruaturque omnium bonorum Consiliorum fundamentum, silentium.

Quid fieri debeat, tractato cum multis, quid facturus sis, cum paucissimis, vel potius ipse tecum. Cum ex Metello quaereretur, quid altera die facturus esset? Respondit; Tunicam se suam, si id eloqui posset, combustum.

*Reges in-
fantes ali-
quando in
aciem du-
xerunt.*

§. 7. Tanti vero existimarunt præsentiam ducis, ut interdum non modo imbelles, sed etiam infantes in prælia adduxerint.

Macedones infantem Regem in cunis in prima acie posuerunt, & vicerunt Illyricos. Francos etiam miserat Clotharij regis fortes effecit, cum infantem ex vberibus matris pendentem viderunt præeuntem.

Perfarum Reges pugna interesse non solebant, quamuis Darius contra Alexandrum steterit. Nimum est, si nunc Dux adictus exponatur, cum in eo salus exercitus periclitetur, aut si capiatur, expensis regni grauetur. Franci hoc sub Francisco contigit.

Anno 1381. Moscus arcem Litoniæ Neuhusium trecentis millibus obedit, præfectus arcis sagitta cor Ducis traiecit, & totus exercitus fugatus est. Per Ducem Iustinianus, Carolus VI. Galliarum Rex, Hispaniarum Reges, & olim Augustus plurima bella confecerunt. Regis plura sunt munia, quam ut circa Ducis labores debeat occupari, nisi cum magnum est periculum.

CAPVT XXIV.

Disciplina belli commen- data.

§. 1. **E**st morum, & exercitationis, laborisque. Morum summa cura maioribus fuit, & signatè de bello dictum est, Deuteronomij 23. 9. *Quando egresus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodes te ab omni re malâ.* Id quidem etiam in pace faciendum esse nemo dubitat, sed in bello præcipue, quod in eo sit multiplex causa peccandi, & in extremo vitæ discrimine animus Deo parari debeat; ne si ceciderit

*Peccata in
bello præci-
pue vitanda.*

corpus, secunda etiam morte impius miles damnetur. Militem itaque lectum bonus imperator seuere, & constanter conformabit ad virtutem, ad scientiam, fortitudinem militarem. Tenacissimum enim vinculum est disciplina, ex ea omnes triumphi. Hac adeo Romanis culta fuit, ut liberorum caritatem vicerint. *Disciplina maiorum* (inquit Alexander apud Lampridium) *Republicam tenet, quæ si dilabitur, & nomen Romanum, & Imperium amittentur.* Quicquid enim sine ordine, & arte agitur debile est, perinde si arietis latere murum lædas, non capite.

*Disciplina
imperium
tenet.*

§. 2. Antiquitus morum disciplina fere in cibo, potu, alijs voluptatibus moderandis, furtisque cauendis erat constituta. Cibus parabilem habebant, laridum, panem. Interdum dimidiati, interdum totius mensis cibaria ferre cogebantur. Turcæ hac in re adeo præstant, ut si cætera adiungerent, efficerentur inuicti. Vino abstinent; cum orizæ est copia, pane facile carent. Quod si orizæ desit, puluere quem ex salita carne commolita secum ferunt, sese sustentant; in aquam enim calidam immittunt, puluereque inde corporibus roborandis efficacem conficiunt. Qui magis barbari sunt, equorum sanguine, & carne pascuntur.

*Turcorum
abstinentia.*

§. 3. Potus erat Posca, aqua aceto mista. Vinum cum milites peterent, fortis imperator Nilum ostendebat.

§. 4. Ordinarijs signis mouentur, non alijs nisi ad stratagemata sit necessarium. Signa alia sunt vocalia, alia semiuocalia, alia muta. Vocalis est tessera, quam voce vulgant: semiuocalia sunt tubæ, tympana, sistræ: muta vexilla, dracones, labarum, aquilæ. Tubicines ad opera, vel ad solos milites, Cornicines cum signa mouentur.

Signa.

§. 5. Iurabant pariter liberi, & serui, se nihil furto abluros è castris, si quid inuenirent, ad Tribunal allatos. Lex seuera; nemo pullum rapiat, ne sit vestigium, ut pacato nocuisse putetur. Frontinus 4. Strat. cap. 3. Pomiferam arborem, quam metatio castrorum complexa erat, postera die intactis fructibus mansisse narrat. Formam iuramenti Agell. lib. 16. c. 4. habet. *Cum delectus, inquit, antiquitus fieret, & milites scriberentur, inirendo eos Tribunus militaris adigebat in verba hæc: N MAGISTRATV C Laliij, C. F. Consulij, L. Cornelij P. F. Consulij in exercitu, decemque milia passuum prope, furtum non facies dolo malo, solus, neque cum pluribus, pluri nummi argentei in dies singulos, extraque hastam, hastile, ligna, pomum, pabulum, vitem, follem, faculam, si quid ibi inueneris, sustulerisve quod tuum non erit, quod pluri nummi argentei erit, ubi tu ad C. Laliium C. F. Consulitem, L. Luc Cornelium P. F. Consulitem, siue quem ad vtrum eorum vis, eris, proferes aut profuturare in triduo proximo, quidquid inueneris, sustulerisve, sine dolo malo, aut domino suo, cuius id esse censebis, reddes, vti quoad rectum factum esse voles.*

*Furtum in
castris ca-
uendum.*

Pœna furti erat fuste percuti Polyb. Tiberius militem, qui Pauonem sustulit, capite puniuit. Suet. c. 60. Pescennius ob vnus gallinæ direptionem decem commanipulones qui raptum ab vno comederant, secuti percuti iussit. Spartian. in Pescennio.

*Seuera fur-
torum pœna.*

Verum multum est crebro indultum militi. Aureliani epistola laudata est potius, quam seruata. Si vis, inquit, tribunus esse, imò si vis viuere, manus militum contine: nemo pullum rapiat alienum, autem nemo contingat, vnus nullus auferat, segetem nemo, dederat, oleum, sal, lignum nemo exigat, ammona sua contentus sit. De prædâ hostis, non de lacrymis provinciarum habeat: arma tersa sint, ferramenta sanata, calcamenta fortia: vestis nona vestem veterem excludat, stipendium in balneo, non in pompa habeat, torquem brachiale, & annulum apponat, equum saginarium.

*Omni-
um
exerci-
tus.*

gimarum suum defricet, caput animal ne vendat, mulum centurionum comiter curet, alter alteri quasi ferus obsequatur, à medicis gratis curentur, aruspicius nihil dent, in hospitium caste se gerant, qui litem fecerit, vapulet.

§. 6. Modestia in cultu vt horridi potius, quam ornati videantur, Nam

Horridi miles armatur.

Vestitus militaris Qui nimis spectate vestiuntur, ad opera militiæ se-
gnes sunt, pluuiam timent, cauent & vestibus, & corpori. Veterem imperatorem hic imitabitur dux prudens. Chares cum sordida tempestate videret milites segniter opus facere, quod vestibus parcerent, iussit eas commutare inter se, & cum nemo alienorum vestimentorum rationem duceret, celeriter opus absolutum est.

§. 7. Arma tamen culta & fortia. Ita Argyraspi-
des, & præcipue hac in re luxur militaris, & non in-
utilis, licet minus facile ea abijciebant.

§. 8. Ipsi castra munda quoque erant, aspergi
plateæ, & verri solebant.

Contra luem & contagionem erat illa mundities,
quam iam vix vnquam obseruant. Ideoque non diu
castra sine contagione sunt.

Cassitas. §. 9. Libidinibus abstineant, cum enim parui
indicii sint, plerique voluptatibus franguntur.
Castitati ciuium consuluit Antigonus. Nam cum si-
lum suum, Front. libr. 4. capit. 1. diuertisse audisset in eius
domum, cui tres filia insignes specie essent, audio, inquit, fi-
lii, angustè habitarete, pluribus dominum domum possidenti-
bus, hospitium laxius accipe: in quoque commigrare edixit, ne
quis minor quinquaginta annos natus, hospitio matris fami-
liæ vinceretur.

Quæ Metellus contubernalem filium habere no-
luit, sed in ordine eum mereri. Idem quoque Ruti-
lius fecit.

*Romanorum
et propria
exercitatio.* §. 10. Romanæ virtutis propria est exercita-
tio, quia illa nulla in gente maior. Ioseph. libro 3.
belli. Quod si quis alium Romanorum ordinem in militia
inspexerit, videbit hoc grande imperium eos habere virtu-
tis meritum, non fortune beneficium. Non enim incitium
illius armorum ipsum bellum est, nec solum cum vsus aut ne-
cessitas est manus mouent, in pace seriat: sed tanquam con-
geniti armis, nunquam pausam exercitui faciunt, nec exspe-
ctant occasiones. Meditationes autem illis siue exercitia ni-
hil à vero vsu fortitudinis & audacia abeunt, sed quisque
quotidie miles omni alacritate tamquam à bello exerce-
tur. Quo fit vt facillime & pæne sine laboris sensu pu-
gnas tolerant. Neque enim vel confusio eos confecto ordine
amouet, & dissipat, vel metus reddit attonitos, vel labor fa-
tigatos. Sequitur vero victoria eos, cum in hospugnè, qui non
pariter confirmati. Nec sane errauerit qui dixerit, Exerci-
tia eorum pugnas sine sanguine, Pugnas exercitia cum san-
guine esse.

Hinc minimo exercitu maximas victorias obtri-
nuerunt, quod etiam illi fecerunt, qui suos exer-
cuerunt. Non itaque multitudinis, sed ordinis &
disciplinæ est bellum. Xerxes multos se homines
habere questus est, viros paucos, quod Thermo-
phylæ ostenderunt. Quis vero non miratur Cyrum
primo quatuordecim; Alexandrum quadraginta
millibus tantas res incepisse: Epaminondas quatuor
millibus ex quibus equites erant quadringenti, La-
cedæmoniorum pedum viginti quatuor millia,
equitum mille sexcentos vici. Græcorum quatuor-
decim millia cum Cyro minore profecti, centum
millia barbarorum vicerunt, & per viam inuiam in-
uitis barbaris redierunt.

Toto die exercentur, omnia militum genera
exercentur, etiam Veterani, Iuniores bis in die,
Veterani semel. Ipsi Duces exercebantur. Silius li-
bro 8.

Ipsi inter medos ventura ingenia laudè

Signa dabat, vibrare sudem, transmutere saltu
Murales fossas, vndosum frangere nando
Indutus thoraca vadum, spectacula tanta
Ante acies virtutis erant. sape alite plantæ
Ilia per fossam & campi per aperta volantiem
Ipse pedes præuertit equum, sape arduum idem
Castrorum spatium & saxo transfusit & hastâ.

Agelilaus castra quotidie, ter quaterque circumdu-
xit, vt scindendis lignis hosti noceretur, militemque
exerceret. Hoc de omni exercitiorum genere cen-
sendum, vt supra quoque monui.

Alexander ad Tyrum, cum implere fossam, & val-
lum æquare vellet, primus ipse corbem arenæ attu-
lit. Imo sic commilitones conciliabant, Lilius lib. 7.
de Valerio. Non alius militi familiarior fuit, omnia in-
ter infimos militum haud grauate munia obeundo in ludo
præterea militari, cum velocitatis virumque inter se æquales
certamina ineunt, comiter facili vincere ac rinci vultu eo-
dem: nec quenquam aspernari parem, qui se offerret factis be-
nignus pro re, dictis haud minus libertatis aliena quam sua di-
gnitatem memor: & quo nihil popularius est, quibus artibus pe-
tuerat magistratus, isdem gerebat.

*Exercitatio
conciliat
imperatoris
militem.*

Huc pertinet, quod Plutarchus ait Pompeium in
bello ciuili iam senem, & duode sexaginta annos na-
tum, peditem atque equitem, se inter suos assidue
exercuisse. Quod quidem nunc vsitatum non est, ra-
ro se ipsi milites exercent.

Pluuiâ sub porticibus canna aut stramine tectis
exercebantur, campidoctores, & τοῖς δακτύλοις postea
orti sunt.

§. 11. Exercitia admodum varia fuere, & semper
exigi solita. vt seruate ordines. Veget. libro 1. capit. 11.
Nihil magis in itinere, vel in acie custodiendum est, quam
vt omnes milites incedendi ordinem seruent.

*Doctores
campi.*

Multum ab exercendi diligentia recessum, nam
Augusti & Adriani præceptum fuit, vt ter in mense
ambulatorum pedites & equites irent. Quamuis vni-
cum hoc genus erat exercitationis, constar tamen
alias quoque rationes fuisse.

§. 12. Decurrere. Veget. lib. 1. cap. 9. Ad cursum præ-
cipue assuefaciendi sunt iuniores, vt maiore impetu in ho-
stem procurrant: vt loca opportuna celeriter, cum vsus adue-
nerit, occupent; vel aduersariis idem facere volentibus, præ-
occupent: vt ad explorandum alacriter pergant, ala-
criter redeant: vt fugientium terga facilius comprehen-
dant.

Decursio.

Lilius lib. 27. Legiones in armis ait quatuor mil-
lium spacio decurrit. Quinta quaque die decurre-
bant. Nero indicta decurritione prætorianis scutum
ipse prætulit.

§. 13. Decurrebant itaque armati & cum far-
cinis. Exercitium onerum ferendorum graue, &
quod fortes redderet Tullius agnoscit in 2. Tuscul.
Nostri exercitus primum vnde nomen habeant, vides:
deinde qui labor, quantus agminis: ferre plus dimidiati re-
mensis cibaria: ferre si quid ad vsu vellet: ferre vallum, nam
scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus
numeraunt, quam humeros, lacertos, manus. arma enim,
membra militis esse dicunt, quæ quidem ita geruntur apte,
vt si vsus foret, abiectis oneribus, expeditis armis, vt membris
pugnare possint. Virgilius quoque laborem itineris de-
scribit.

Non secus ac patris acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam dum carpit, & ante
Hosti expectatum positus stat in ordine castris.

Inter onera erant ferre dimidiati mensis Cibaria
cibaria. Interdum integri mensis ferebant; ferre opti-
Scipio Numantinus triginta dierum frumen-
tum ferre coegit, Lilius Epirom. 57. Aliquando
dierum

dierum 22. ita Caesar 1.2. belli Civil. Frumenti copiam legionarii nonnullam habebant, quod dierum viginti duorum ab illa frumentum iusti erant effere, cetrati auxiliare, que nullam, quorum erant & facultates ad parandum exigua, & corpora infueta ad onera portanda.

Alexander apud Lampridium mutauit, nam in mansioribus iussit accipere, in hostico more veteri dierum septendecim ferre docebatur. Interdum frumentum tulerunt, interdum farinam, aliquando panem buccellatum. De frumento constat; nam idcirco molas quoque ferebant, ut frangerent. Liuius lib. 24. Scipioni aut data senta, galeas, hastas, secures, rutra, falces, alucolos, molas; Farinam quoque absque dubio dum in castris haberent, vel dum ad iter pararentur, parabant, neque enim in diem viuiebant. Imo crediderim panes ordinarie, nisi festinato ad iter vocarentur, coxisse. Biscoctum enim, quem buccellatum vocant, secum ferre solebant. Spart. in Pescennio. Ammian. in Iuliano. Paxamadia Græci vocabant; faccis pelliceis, vel ferculis ferebant, quas Mulos Marianos vocitabant, cum vallis illigassent.

Equo descendere.

§. 14. Equitare in longum tempus, conscendere, descendere. Nam quotiescunque id iussit Imperator, faciendum erat.

Pugna vmbatica.

§. 15. Pugna instat concurrere, maxime ut ordines seruare discerent. Ordinum seruandorum cura prima Romanis fuit; nam illis turbatis spes quoque victoriae cedit. Nec densari ita debent, ut locus pugnandi desit, nec laxari ut perturbari possint, ad hoc quoque assuescendi sunt, ut aciei formam ex tempore mutare possint.

Opera.

§. 16. Opera facere. Corbulonis insigne dictum, dolabra hostem vincendum. Galba inquit Suet. Veteranum ac Tironem militem opere assiduo corroborauit.

Munire castra.

§. 17. Munire castra; quod non per seruos, aut lixas faciebant, sed suis manibus laborem perficiebant.

Natare.

§. 18. Nando sese etiam exercebant. Vegetius lib. 3. cap. 4. Aestiuo tempore ad natandum cogendos omnes. olim in Tiberi natare discebant, piscinae etiam publicae hunc in usum constitutae erant. Caro filium, Augustus nepotes ista docuit. De Catone Plutarchus. Filium suum prauit & docuit ipse, non solum iaculari, aut armis depugnare, & equitare, sed & pugillatum exercere, & assium ac si quis ferre, ac fluminum vorricosa ac rapida natando superare ac transmittere.

De Augusto Suetonius. cap. 64. Nepotes & litteras, & natare, & alia rudimenta per se pleraque docuit.

Natando usum assuius mensibus omnis aequaliter debet Tyro condiscere, non enim pontibus semper flumina transeuntur. Campi aliquando inundant, ut opus sit natatu si euadere velint. Front.

Palatia.

§. 19. Ad palum sese exercebant. Palatia Vegetius exhibet lib. 1. cap. 11. Antiqui (sicut inuenitur in libris) hoc genere exercere tyrones. Scuta de vimine in modum cratium corrotundata terebant: ita ut duplum pondus cratis haberet, quam scutum publicum habere consuevit. Idemque clauas ligneas, duplicis aequae ponderis, pro gladiis tyronibus dabant. Eoque modo non tantum mane, sed etiam post meridiem exercebantur ad palos. Palorum enim usus non solum militibus, sed etiam gladiatoribus plurimum prodest. Nec vnquam aut arena, aut campus inuictum armis virum probauit, nisi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum. A singulis autem tyronibus singuli pali defigebantur in terram, ita ut mutare non possent, & sex pedibus eminere. Contra illum palum, tanquam contra aduersarium, tyro cum crateilla, & claua, velut cum gladio se exercebat & scuto: ut nunc quasi caput, aut faciem peteret; nunc à lateribus minaretur, interdum contenderet poplites & crura succidere, accederet, recederet, assultaret, insiliret, & quasi praesentem aduersarium, sic palum omni impetu, omni bellandi arte ten-

taret. In qua meditatione seruabatur illa capela, ut ita tyro ad inferendum vulnus insurgeret, nequa ex parte ipse pateret ad plagum.

Nec claua modo palum petebant, sed pilo quoque graui, Vegetius lib. 1. cap. 14. Sed ad inceptum reuertor. Tyro, qui cum claua exercetur ad palum, basilia quoque ponderis grauioris, quam vera futura sunt iacula, aduersus illum palum, tanquam aduersus hominem iactare compellitur. In qua re armorum doctor attendit, ut magnis viribus basile contorqueat, ut destinato ictu vel in palum, vel iuxta dirigat misile. Eo enim exercitio, & lacertis robur accrescit, & iaculandi peritia atque usus acquiritur.

Non casim sed punctim ferire discebant, plaga enim illa vitalia aperit, & duas vncias adacta mortalis est. Veget. l. 1. c. 12.

§. 20. Armaturam docendam serio statuit Vegetius lib. 1. cap. 13. Itaque habendos doctores armorum, qui nunc fere defuncti. Anno ab vrbe condita 648. Rutilius Consul bello Cimbrico è ludo Aurelij Scauri doctores gladiatorum ad tirones instruendos vocauit. At C. Caesar Tirones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat.

Quod punctim ferire docebantur. Res illa maxime formidabilem Romanum faciebat, cum scirent eum certo, & destinato ictu in auxilia, hoc est, vitalia posse tangere.

Equos vero non in planis modo, sed etiam abruptis & fossis exercere iubebantur, Veget. lib. 3. cap. 2. Plurimum valet sic exercitatio à puero. Perla venatu se equitatuque à iuuentute exercebant, Herod. lib. 1. Strab. lib. 5. gladio semper accincti, pharetraeque onerati, & equis harentes in summa pace bellum meditabantur. Galli olim bello exerciti, ut sine eis vix bellum gestum. Iustin. lib. 25. Nunc cum primum in Gallia belli mentio est, in Germania habetur pro illis delectus, & petitur equitatus.

§. 21. Ire militari modo. Tertullian. ad martyrem. Etiam in pace, labore, & incommodis bellum patiam ediscunt: in armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, testudinem desiccando.

Vegetius lib. 1. Præterea & vetus consuetudo permansit, & Diui Augusti atque Hadriani constitutionibus præcatur: ut ter in mense tam equites quam pedites, educantur ambulatum: hoc enim verbo hoc exercitii genus nominant. Decem millia passuum armati instructique omnibus telis pedites, militari gradu ire, ac redire iubebantur in castra, ita ut aliquam itineris partem cursu alacriore conficerent. Equites quoque diuisi per curmas, armatiq., similiter tantum itineris peragebant, ita ut ad equestrem meditationem interdum sequerentur, interdum cederent, & recursum quodam impetu repararent. Non solum autem in campis, sed etiam in cluosis & arduis locis, & ascendere & descendere utraque acies cogebatur, ut nulla res vel casus prorsus pugnantibus posset accidere, quam non ante boni milites assidua exercitatione didicissent.

Veget. l. 1. c. 11. Ordinem aliter seruati non posse, quam ut assiduo exercitati ambulare celeriter & aqualiter discant.

Eundo & redeundo faciebant 20. millia, id quinquae æstiuis horis, citatiore gradu viginti quatuor.

§. 23. Syluam cadere. Id enim non modo ad machinas, focum, vias faciendas, sed ad robur & exercitationem necessarium.

§. 24. Fossas transilire. Pompeium cum alacribus saltu certasse auctor est Plutarchus. Vegetius hanc quoque exercitationem habet l. 1. c. 9. Ad saltum etiam quo vel fosse transiliuntur, vel impediens aliqua altitudo superatur, exercendus est miles: ut cum eiusmodi difficultates euene-

Palum pilo etiam petebant.

Equites & Senatores Tyrones probabant, docebant.

Equum abruptis.

Ire militari ordinem.

Syluam cadere.

Transilire fossas.

euenerint, possit sine labore transire. Præterea in ipso consili-
ctu ac dimicatione telorum bellator cum cursu saltuque ve-
niens, aduersarii perstringit oculos, mentemque deterret,
priusquam plagâ infligit, quam ille ad cauendum vel ad resisten-
dum certè se præparet. De exercitio Gn. Pompei Magni Sa-
lustius hoc memorat: cum alacribus saltu, cum velocibus cur-
su, cum validè rectè certabat: Neque enim ille aliter potuisset
par esse Sertorio, nisi sese & suos milites frequentibus exercitiis
præparasset ad prælia.

Ad scopum
currere.
§. 25. Destinata tangere. Qui leuis armaturæ
erant, hastilibus, iaculis, pilis, lagittis, fundis exer-
cebantur, quod vno nomine armaturam voca-
bant.

Vegetius lib. 2. cap. 15. ait eos armaturâ dictos, &
excultatores; primum erat hastilia iacere, sudem tor-
quere. faciebant id arbitris centurionibus, diceban-
turque sub vineam iacere.

Sagittariorum erat olim maximus usus. Tertia vel
quarta pars iuniorum his exercebatur. Claudius, &
Scipio institutis sagittariis vicerunt. Sed iam parum
viles, vt & fundæ, quas Vegetius satis indicat ad
barbaros pellendos esse. In his semper exerceban-
tur, ne consuetudo deficeret. Claudian. de Honorij
Consul. lib. 4.

Prius agmina duris

*Exerce studijs, & sano præstare Marti,
Non bruma requies, non hybernacula segnes
Eruent torpore manus.*

Vide leges Theodosi & Valentiniani. l. duces. cap. de
offic. milit. iud. Omnia autem exuperat exercita-
tio.

Testudinem desiccare, robustiora sic ligna red-
debantur. De testudine suo loco dictum est.

Exercitatio
commen-
data.
§. 26. Exercitatio maxime conuenit ei, qui pro
patria pugnat, & cui bis errare non licet: Athleta, in-
quit Vegetius lib. 2. cap. 24. venator, auriga, propter
exiguam mercedem, vel certè plebis fauorem, quotidiana me-
ditatione artes suas aut seruare, aut augere consuecunt. Mi-
litem (cuius est manibus seruanda Respublica) studiosius
oportet scientiam dimicandi, usumque rei bellicæ iugibus
exercitiis custodire: cui contingit non tantum gloriosa vi-
ctoria, sed etiam amplior præda: quemque ad opes, ac digni-
tates ordo militiæ, & Imperatoris iudicium consuevit euehe-
re. Artifices scænici ab exercitiis non recedunt pro laude vulgi.
Miles sacramento lectus, ab exercitiis armorum, vel nouel-
lus, vel iam vetustus cessare non debet, cui pugnandum est pro
salute propria, & libertate communi: præsertim cum an-
tiqua sui prudensque sententia, Omnia in meditatione con-
sistere.

Hinc factum vt exercitatio castrorum antiquior
Romanis fuerit, quam caritas liberorum. l. Postlimi-
nium, §. filius. de captiuis.

Non aliunde robustius, quam disciplina arma-
turæ exercitus. Pompeius, Traianus eare maxime va-
luerunt. salutis rigor vincit inanem speciem clem-
entiæ.

Hinc magni Imperatores præuenerunt. Marius in
fodiendo laborandoque ipse alacer communem o-
peram præstabat. Antoninus in fodiendo, aggeribus,
portubusque constituendis primum se semper præ-
buit. Herod. l. 4.

Hinc etiam qui in vmbaticis hisce negligentes
erant, puniebantur.

In exerci-
tatione vi-
ctus punie-
batur.
Qui in exercitatione negligentiores, pro fru-
mento hordeum coguntur accipere. Vegetius lib. 1.
cap. 13. Ita autem ferre apud maiores exercituum discipli-
na seruata est, vt & doctores armorum duplicibus remunera-
rentur annoniis: & milites qui parum in illa profusione pro-
fecerant, pro frumento hordeum cogebantur accipere: nec
ante eis in tritico redderetur annona, quam sub præsen-
ti præfecti legionis, tribunorum vel principum, experimen-
tu datus, ostendissent se iocunda, quæ erant in militari arte,

compleffe. Plutarchus in Mario sic laboribus dura-
tos Romanos ait, vt nec sudantem, nec fuspitantem
quenquam cerneret: Idque in longa, & laboriosa pu-
gna cum Cimbris. Hinc nomē habet, vt exercitus di-
catur. Hippocrates vere. Παρὰ τὴν ἰσχυρίαν, ἢ ἀδρανὴς
τὸ σώμα ποιεῖται, πῶς δὲ ἐγκαταλείπει τὸ σώμα ἰσχυρὸν ποιεῖται.
Defidia humectat, & imbecillum facit corpus, labor siccit,
& fortè reddit. Magnus in castris & in itinere la-
bor.

Iosephus, ferunt hastam & scutum; præter ista,
serram, & corbem, rutrum & securim, amplius lo-
rum, falcem & catenam. Denique septenos, aut duo-
denos vallos: Et valli quidem ob tormenta nostra
inutiles sunt, nisi quod equitem morari possunt.
Cætera si quis reducere posset, nã ille facile orbis
imperium occuparet. Quantum enim præsidium in
eo est, vt vnus mensis cibaria miles humeris vehat?
Quo non penetraret ille exercitus, cui annona do-
mi est.

Serui gregario militi vix vlli, vnum communem
deni habebant, qui molam, qui alia ferret; nam cor-
tinæ & pelles tabernaculorum, alia necessaria erant.
Habebant & iumenta nonnulla, multa enim instru-
menta bellorum conuehenda sunt.

§. 27. Admirari libet veterum in hac re diligen-
tiam, cum nostrâ negligentia comparatam. Octavius
Augustus, vt Sext. Pompeium superaret, totâ hyeme
copias exercuit. Suet. tranq. Oct. August. Donec nau-
bus ex integro fabricatis, ac XX. seruiorum millibus man-
datis & ad remum datis, portum Iulium apud Baias, im-
misso in Lucrinum & Auernum lacum mari, effecit. In quo
cum hyeme tota copias exercuisset, Pompeium inter Mylas &
Naulochum superauit.

§. 8. Priscus igitur exercitus, & quicumque nunc
est rectè constitutus, non mera multitudo est. Hæc
sepius noxia est, pluribus casibus subiacet amplior
multitudo. Vegetius lib. 3. cap. 1. Itaque in leuioribus
bellis vnâ legionem, mixtis auxiliis, hoc est, decem millia
pedum & duo millia equitum crediderunt posse sufficere,
quam manum prætores velut minores duces, ad expeditio-
nem sæpe ducebant. Quod si magna hostium copia dice-
rentur, consularis potestas cum viginti millibus pedum,
& quatuor equitum, tanquam comes maior mittebatur.
Quod si infinita multitudo ex gentibus ferocissimis rebel-
lasset, tunc nimia necessitate cogente; duo Duces, & duo
mittebantur exercitus cum eiusmodi præcepto: provideant,
ne quid Respublica detrimenti capiat, Coss. alter, vel alter,
ambove.

Denique cum in diuersis regionibus, contra diuersos ho-
stes, à populo Romano annis propè omnibus pugnaretur, id-
eo sufficiebant milium copia, quod vtilius indicabant non
tam grandes exercitus habere, quam armis instructos. Illa
tamen ratio est seruata, ne vnquam amplior multitudo so-
ciorum auxiliorumve esset in castris, quam ciuium Roma-
norum.

Legionum alia præsidia admiranda sunt, vt me-
rito Vegetius iudicet esse ciuitatem sibi sufficien-
tem. Legio non tantum, inquit lib. 2. cap. 25. militum
numero, sed etiam ferramentorum vincere consuevit. Pri-
mum omnium instruitur iaculis, quæ nulle lorice, nulla
possunt scuta sustinere. Nam per singulas centurias, singu-
las carrobalistas habere consuevit, quibus muli ad trahen-
dum, & singula contubernia ad armandum vel dirigen-
dum, hoc est, vndecim homines deputantur. Nam hæc quan-
to maiores fuerint, tanto longius (ac fortius) tela iaculan-
tur. Non solum autem castra defendunt, verum etiam in
campo post aciem grauis armatura ponuntur. Ad qua-
rum impetum, neque loricati, nec pedites scutari pos-
sunt obflare. In vna autem legione quinquaginta quinque
carrobalistæ esse solent. Item decem onagri, hoc est, sin-
guli per singulas cohortes in carpentis bobus (duo-
bus) portantur armati: vt si forte hostes ad oppugnan-
dum

Valli.

Longe exer-
citationis.

Multitudo
noxia.

Auxiliares
ne superent
Romanos.

Carroballi-
stæ in legio-
ne.

Scapha.

dum venerint vallum, sagittis & saxis possint castra defendi. Scaphas quoque de singulis trabibus excavatas, cum longissimis funibus, & interdum etiam ferreis catenis secum legio portat: quatenus contextis eisdem (sicut dicunt) monoxylis, super rectis etiam tabulatis, flumina, quae sine pontibus vadari nequeunt, tam à peditibus, quàm à vehiculis sine periculo transcantur. Habet ferreos harpagones, quos lupos vocant, & falces ferreas confixas longissimis contis. Item ad fossarum opera cienda bidentes, ligones, palos, rastra, alueos, cophinos, quibus portetur terra. Habet quoque dolabras, securas, ascias, ferras, quibus materia ac pali dedolantur atque serrantur. Habet praeterea artifices cum omnibus sumentis, qui ad oppugnandas hostium civitates testitudines, maseulos, arietes, vineas (ut appellant) turres etiam ambulatorias faciunt. Verum ne singula enumerando plura dicantur, universa quae in quoque belli genere necessaria esse creduntur, secum legio debet ubique portare, ut in quovis loco fixerit castra, armatam faciat civitatem.

CAPVT XXV.

Parato opus esse celeritate.

Cesar celerissimus.

§. 1. Cvm iam arma parata sunt, & viri, ante omnia opus est celeriter hostem aggredi, famam ipsam antevenire. Dimidium enim victoriae consecutus, qui hostem imparatum inuenit. Ita magnus Imperator si quis alius Caesar, cui & orator maximus testimonium dat, hoc reges, inquit, incredibilis est celeritatis. Et rationem Plutarchus ostendit in Caesare. Quod autem videret captorum exordium & aggressionem non magnam manum requirere in praesentia, sed terrore potius audacia & temporis celeritate precipiendam (quippe percussurum citius inexpectatum se quam si cum apparatu ingrueret, impulsurum adversarios) imperavit Tribunis & Centurionibus, ut gladiis modo accincti relictis armis alii Ariminum amplam Gallia urbem, quam maxime fieri posset sine sanguine & tumultu occuparent.

Multa prudentia bellica in paucis verbis. Primo subitam aggressionem non requirere magnam manum. Quia fere est contra inermes.

Athenienses urbem egressi, sacra Mineruae celebrarunt, & armis sub veste celatis, de repente agrum Lacedaemoniorum vastarunt, onusti praedae sine vulnere redierunt. Quia antequam armassent se hostes, iam vicerant. Deinde constat celeritate percellere eos, ad quos perueniunt inexpectati. Terrae enim improvisa. Caracalla non bonus imperator, Parthos alioqui fortes, improviso dum nuptias expectant, magna clade cecidit. Hinc ortum illud: Semper nocuit differre paratis. Et Caesar in re militari celeritatem cunctis antecellere, docuit, & verbis, & exemplo. Itaque proficiscens incendia vetabat, ne hostem adesse cognoscerent, & ne commeatus suis deesset. Itaque si omnia recte perpendas omnia celeritate conficit, in Hispania Pompei legatos lentius vicit, quia ad Masiliam haeserat, iracundia victus:

Quamvis Hesperium mundi properemus ad axem,
Masiliam delere vacat.

Celeritatis insignia
Exempla.

§. 2. Paratis si tardi sint, maxima pars apparatusum perit. Subitis ne apparatu quidem opus est, quia dormientibus superuenire licet. Celeritate Ariston Athenienses, Amylius Veientes, Aruns Hannibalem vicit. Insignis fuit L. Martij in Hispania celeritas: Scipionibus enim in Hispania caesis, bina eadem nocte castra occupavit, nulla erat statio, nulla custodia, itaque ut in sua castra Romanus intrauit. Liuius l. 34. Sic Thrasybulus in tabernaculo suo, custodiarum negligentia interemptus est.

Laudem plerisque viris Amage regina barbara praecipuit, & quidem vxor regis ignavi; Cum enim Gerlonitae à Scytharum Rege opprimerentur, illa sumptis secum 120. viris continuato itinere ad re-

giam profecta, ianitores, ac Regem cum amicis occidit, filiumque eius iuste regnare iussit.

Minus itaque mirum est, Solonem vno quali impetu naues armasse, matronas hostium cepisse, civitatem expugnasse. Historiam ita scribit Aelianus. Insigne stratagemate Solon Salamina cepit; In Coliade matronae Atticae Ceretis festum celebrabant, laticia & choreis, id per simulatum transfugam Salaminis nunciavit; interim iuvenes imberbes muliebribus vestibus indutos, & enses habentes sub vestibus loco foeminarum in litore choreas ducere iubet, ad eos veniunt Salaminij, & occiduntur, iuvenes consensu naubus, Salamina occupant. Aelian. lib. 8. Iulius secundus pari celeritate subito Bononiam aggressus est, & armatus terrorem intulit, antequam vicini capere consilia possent; itaque Hispanum, Gallumque sibi adiunxit, Veneros terrore suspensos tenuit. Victori omnes gratulati sunt, qui forte victum opprēssissent, aut cunctantem deseruissent.

CAPVT XXVI.

Militares Magistratus.

§. 1. Magistratus militares duplices à Lipsio dicuntur, l. 2. de militia Romana. Communes & proprii; Communes, Imperator & legati; Proprii Tribuni, & Centuriones & equitum praefecti.

Imperatorem antea descripsimus; qui tamen apud Romanos duplex; vel enim suis auspicijs militabat, cum Rex, Consul, Dictator, Imperator esset, vel alienis, si Proconsul, Praepreor, Consularis, Legatus, Praetor. Non habuisse eos auspicia testis est Cicero l. de Nat. Deor. & 2. de Divinat. Habebant tamen quaedam auspiciorum imitamenta, ut facilius est in superstitione mutatio. Litato enim & auspicio in provincias proficiscebantur; unde Scipio apud Liuium 28. Auspicia sibi tribuit. Quamvis de illis ipsis auspicijs forte loquitur, quae in legionibus usitata erant.

§. 2. Imperatoribus erant legati. Eorum institutum erat, ut imperatori opera & consilio adessent: nam *προβουλοι* erant, & *συμβουλοι*.

Aliquando eos Senatus, nonnunquam Consul eos nominabat, ipsi Imperatores eos sibi legebant, sed non absque Senatusconsulto, ut constat ex Cicerone in Vatinius.

§. 3. Munus legati erat, omnia, quae ad rem pertinere putabat, in medium consulere. Caesar lib. 3. belli Civil. Alia sunt legati partes atque Imperatoris. Alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet.

Insignia imperij habuerunt, Liuius lib. 29.

Duo ut plurimum fuere, interdum plures, prout Senatus censēbat.

Principum autem Consulares legati exercitibus totis praerant. Praetorij singulis legionibus, qui & legati legionū dicti sunt, *πρωτοδιντοι*, & *παρχοι*, quasi subpraetores, & subpraefecti, qui iidem postea duces dicti sunt.

§. 4. Post legatos ordinaria dignitas erat Tribunorum. Erant in singulis legionibus senj, per vices imperabant bini, ius reddebant in principiis, signum dabant. Liuius l. 28. Tribunos & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant. Penes eos erat cura vigiliarum, munitio, castrorum, exercitiorum.

Non igitur vni cohorti, aut certae parti imperabant, sed toti legioni. Horat. *Quod mihi paruerit legio Romana Tribuno.*

Initio à Regibus, deinde à populo creati sunt. Primo quidem ut populus sex nominaret, reliquos Imper-

Imperator vel suis, vel alienis auspicijs rem gerebat.

Legati.

Tribuni.